

CHRISTI
451.

LEONIS PAP.
12.

VALENTIN. 27. IMPR.
MARCIANI 2.

que quibusdam in altissimo loco ad Præsidam Ecclesiæ honorem collocatis, & sub-
sellis præterea undique ordine dispensa-
tis, decore eximieque exornato: alta-
rique denique tamquam Sancto sanctorum in
medio sanctuaris sito: ista rursus, ut a
plebe & multitudine eo non posset accedi,
cancelis ex ligno fabricatis circumdedit.
Hæc ille.

LXIII. Ante igitur altaris cancellos apsidem
respicientes apparere congregatum fuisse
Concilium, totumque occupasse locum
qui interjacet inter cancellos & apsidem,
ubi erat thronus Episcopalis: qui quidem
in amplioribus basilicis haud mediocri
latitudinis & longitudinis existeret, &
quidem capax cuiusvis numerosi confessus
Episcoporum. Intelligis, puto, & ex
his, quam procul absit, ut veritatis sco-
pum attigerint, qui de Secretariis aliter
sunt opinati. Fuisse quidem ea intra ap-
sidem, Paulinus (a) in epistola ad Seve-
rum haud obscure significat; in eisdem-
que disponi sacra vasa ad ministerium, &
sacros codices ad lectionem, ostendit. Ad
hæc etiam spectat quod S. Gregorius Pa-
pa (b) jure exposulat aduersus Joannem
Ravennatem Episcopum; quod tempore
jejunii gestaret pallium per plateas, &
vias, quando nec licet eo uti in Secre-
tario, loco nimirum consueto, ubi in suo
throno in apside collocato sedere solet
Episcopus, & cum eo presbyteri, diaco-
ni nequaquam: nam hæc habet canon de-
cimifingentes Concilii Arelatenfis secu-
di: *In Secretario diaconos inter pres-
byteros sedere non liceat.* At de Secre-
tario satis.

(a) Pau-
lin. ep. 12.

(b) Greg.
1. 2. ep. 54.

LXIV. Quod vero ad personas pertinet, con-
stat pro Apostolica sede a S. Leone Pa-
pa & Occidentalibus omnibus Episcopis
legatos quatuor ex Synodo Romana mis-
sos, Paschasinum Episcopum Lilibæi in
Sicilia, Lucentium Asculanum Antistitem,
Bonifacium, & Basilium S. R. E. pres-
byteros Cardinales: Id quidem testatur
ipse S. Leo in epistola data ad Synodum
ipsam Chalcedonensem. Verum quoniam
de Basilio in Actis ejusdem Synodi Chal-
cedonensis nusquam mentio, neque apud
aliquem antiquorum scriptorum expres-
sus habetur: conjectura ducimur, eum
ante coactam Synodum prædefunctum,
remanisseque Paschasinum, Lucentium,
& Bonifacium. Porro hunc eundem esse
Basilium putamus cum eo, qui anno
superiori una cum Abundio & aliis col-
legis eodem functus est munere, peritia
Ann. Eccl. Tom. VIII.

PAGIUS multa præter codicem canonum Ecclesiasticorum
ex Græco translulisse in Latinum, quæ utilitati
Ecclesiæ possunt convenire. Primus omnium,
quorum hodie scripta supersunt, Antiqua illa
versio usus videtur *Facundus* Episcopus Her-
mianensis lib. 3. cap. 5. quem anno DXLVI. scri-

usus rerum delectus, qui itidem in Orien-
tem legationem obiret.

Voluit sanctus Leo & Julianum Coen-
sem Episcopum, solitum in Oriente age-
re res Romanæ Ecclesiæ, in eadem Sy-
nodo legati munere fungi, ut ex ejusdem
sancti Leonis litteris, & Episcoporum
subscriptionibus liquet. Nec vero defuit
ex Africana Ecclesia legatio, licet Vvan-
dalica persecutione assidue vexaretur:
missi sunt enim Aurelius Adrumentinus,
& Rusticus Episcopi. Sed & adfuere pro
Saracenis Eustathius, & Joannes Episco-
pi, pro Siculis vero Joannes Messanen-
sis Antistes. Advenerunt & hostes Catho-
licæ fidei, qui simul conspirant contra
S. Flavianum, Dioscorus Alexandrinus,
& Juvenalis Hierosolymitanus: venit et-
iam Domnus Antiochenus jam privatus,
& qui ejus loco suffectus fuit Maximus:
itemque subrogatus in locum sancti Fla-
viani Anatolius, jam a sancto Leone Pa-
pa Catholice reconciliatus Ecclesiæ. At
jure reprehenditur ab Evagrio (c) Za-
charias rhetor, cum affirmat ad hanc e-
andem Synodum accessitum etiam esse
Nestorium. Manavit enim inde ipsi erran-
di occasio, quod inter alios Episcopos
qui sancto Chalcedonensi interfuerunt Con-
cilio, legatur (d) Nestorius, sed Pha-
nagoriæ civitatis Episcopus: at longe
hic alius a Nestorio hæresiarcha. Sed &
præsto fuit Marcianus Imperator una
cum Pulcheria Augusta, & aliis Imperii
magistratibus.

LXV.

(c) Evag.
1. 2. c. 2.

(d) Conc.
Chalced.
Act. 1. in
princip.

Confessus autem ita dispositus reperit-
tur, ut inter apsidem atque cancellos Pa-
tribus constitutis (e), a læva parte se-
derent Apostolicæ sedis legati, & post
eos Constantinopolitanus, Antiochenus,
& alii Episcopi; a dextris autem Dio-
scorus Episcopus Alexandrinus, & post
eum Juvenalis, ambo licet judicandi, ac
subinde reliqui post ipsos Episcopi: in
medio vero ipsorum super thronum sa-
crofancta Evangelia ex more fuere po-
sita. Imperator autem Marcianus & Pul-
cheria Augusta, una cum magistratibus,
Senatoribus, iisdemque delectis Judicibus
cognitoribus (ita enim nominare consue-
vit antiquitas Judices sæculares, quorum
arbitrio cuncta, legitimo servato ordine,
tractarentur) cum his, inquam, Impe-
rator ingressus, sedem habuit una cum
Pulcheria Augusta ante cancellos.

LXVI.
Confessus
Synodi.
(e) Conc.
Chalced.
Act. 1.

Sed quid est, inquires, quod qui judi-
candi rei venerant Dioscorus, Juvenalis,
& alii, a parte dextera sunt collocati,
M le.

LXVII.

plisse duodecim libros pro defensione Trium Ca-
pitulorum, colligitur ex ejus Proæmio ad eosdem
libros. Concilii Quinti Episcopalia Collectioe
us non sunt, sicuti nec *Vigilius* Papa, *Pelagius* II.
Gregorius Magnus & *Martinus primus*: ac denique
ea versio non tantum in Italia; sed etiam in Gallia
rece-